Tengeanpind

Wolfgangi Lazii: (Medici et Historici Caesarii): Graeciae Antiquae Liber Primus. C. I

In Gronovius: Thesaurus Graecorum Antiquitatum v. VI. f. 3429 — 3436

De Thracia.

Thracia tametsi ad Graeciam a vetustis Geographis non referatur, nos tamen vel ob commercium perpetuum quod Thracibus cum Graecis fuerat (ut vel Terei historia docet, quae apud Ovidium v. Met. extat) vel quod imperii sede apud Bygantium constituta, Graeca simul ibi lingua excolta extiterit: Imo Graeci Imperatores hanc provinciam tanquam regiam elegerint, de Graecia scripturi a Thracia auspicari voluimus.

Quam Ptolomaeus lib. III Tab. Europae III. definit ab Oriente Propontide, et ore Ponti, quod vocatur Bosphorus Thracius; ab Occasu vero Mysia superiori, et parte Macedoniae ad Orbelum montem; a Septentrione Mysia inferior; et a Meridie parte Macedoniae, quae est ad Nestum fluvium et Melani sinum, cui adhaeret Chersonesus, ubi maria, Propontis et Hellespontus, hodie Stretto de Callipoli dicta

- - - - - - - -

Strabo VII: geograph. Graecorum regionis in Thracia meminisse videtur, cum ait:

Trans amnem Strymonem vero usque ad Ponticum ostium atque Haemum montem, cuncta sunt Thracum, excepto littore quod Graeci tenent. Quidam sane in Propontidi siti, plerique vero ad Hellespontum aut sinum Melanon, alii vero super Aegaeo Pelago.

Idem lib. XIV.

Hinc vero continens fluxum quendam accipiens, ad secundi et occidentalis lateris initium facit, usque in Propontidem et Byzantium. Sed cum Ephorus dicat XVI nationes hanc Cherzhonesum incolere, tres Graecas, reliquas barbaras. (? Minyan Arian?)

Mores Thracum

In hoc igitur Thraciae regno, ut Mela scribit, nec coelo nec Sole

© ACADEMIA NAUKOWA

laeto homines quondam colebant et justitiae observatores praestantissimi, et caelibes, ad quod alludens scribit vii Geograph. Strabo.
Scribit autem Posidonius Mysios religioni indulgentes, ab animantibus abstinere, et eam ob causam pecus omne vitare. melle vero et lacte et caseo vesci.
Quunque tranquillam exagitent vitam, ob Deorum culturam Deicolae et Capnobatae, (id est, fumi conscensores nominantur).
Prerosque Thraces esse, qui sine mulieribus vitam ducant, quos Ktistas (idest Creatores nominant), sanctificatosque honoris gratia, omnimoda cum libertate vititare.
Hos summatim universos Poetam dixisse, equarum mulsores et lactophagos insignes, Abios (idest, minime vivos homines), justitia praestantissimos praecipue, aut Abios appellant a mulieribus disjunctos.
In eoden praeterea regno, praeter Orphea, quem fabulae saxa cantu movisse referunt, (canente Ovidio in Metamorph.
~~Ab~~ Ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus
Orgia tradider at cum Cecropio Eumolpo.)
clarnerunt reges Oagrius Orphei Poetae pater, Lycurgus et Dionedes adrenis crudeles, Terens qui Prognen filiam Pandionis regis Athenarum hoc nostre secundi duxerat uxorem, Philomelae in avem sui nominis versae sororem (quam in VI. Metam. Naso fabulam recenset) Boreas, Zethus et Ceyx Alcyones maritus, in avem sui nominis cum conjuge conversus.
Cygnus itiden in avem sui nominis conversus.
Praeterea Trojani belli tempore in Thracia Rhesus ad famam venerat, Priamo auxilio profectus, cujus equos albissimos antequam Xanthum fluvium bibissent ex oraculo ad expugnationis occasionem Dionedes et Ulysses interceperant.
Homerus porro Asium quendam Thraciae regem celebrat avunculum Hectoris et Hecubae fratrem, et Polymestora Maro.

Thraciae reges antiqui orest

— — — — — — — .

(Γεωγραφικά) 72

Nobilitarunt hanc provinciam et praelia quaedam ac victoriae insignes Atheniensium, videlicet cum Spartanis ad portum Coelon, Augusti Caesaris et M. Antonii de Bruto et Cassio victoria, post necem Julii Caesaris.

In hanc quoque tellurem Xerxes Persarum rex ille potentissimus, copias suas ex Asia trajecit, Hellesponto ponte juncto, qui et Athon montem excelsissimum perfodere conabatur, ut de reliquis praeclare gestis taceam, quae isthic, antequam in Romanam provinciam esset redacta, sunt editae.

- - - - -

Fabulae et historiae celebrant Orphei, Protesilai, Hecubae, ejusque filii Polydori tumulis.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ